

COMMUNION Matthew 25: 4, 6

Quinque prudéntes vírgines
 acceperunt óleum in vasis suis cum
 lampádibus: média autem nocte
 clamor factus est: Ecce sponsus venit:
 exíte óbviam Christo Dómino.

POSTCOMMUNION

Refécti cibo potúque cælésti, Deus
 noster, te súpplices exorámus: ut, in
 cujus hæc commemoratióne
 percépimus, ejus muniámur et
 précibus. Per Dóminum nostrum
 Jesum Christum, Fílium tuum, qui
 tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
 Sancti, Deus, per ómnia sæcula
 sæculórum.

The five wise virgins took oil in their
 vessels with the lamps; but at midnight
 there was a cry made: Behold the
 bridegroom cometh, go ye forth to
 meet Christ our Lord.

We who have been refreshed with
 heavenly food and drink, humbly
 entreat Thee, O our God, that we may
 be defended by the prayers of her in
 whose memory we have partaken of
 these mysteries. Through our Lord
 Jesus Christ, Thy Son, Who lives and
 reigns with Thee in the unity of the
 Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: JANUARY 21, ST. AGNES, VIRGIN & MARTYR

MASS (*Me expectavérunt*) (red)

INTROIT Ps. 118: 95-96, 1

Me expectavérunt peccatóres, ut
 pérderent me: testimónia tua, Dómine,
 intelléxi: omnis consummationis vidi
 finem: latum mandátum tuum nimis.
 Ps. Beáti immaculáti in via: qui
 ámbulant in lege Dómini. Glória Patri
 et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in
 princípío, et nunc, et semper, et in
 sæcula sæculórum. Amen. Me
 expectavérunt peccatóres, ut
 pérderent me: testimónia tua, Dómine,
 intelléxi: omnis consummationis vidi
 finem: latum mandátum tuum nimis.

The wicked have waited for me to
 destroy me: but I have understood Thy
 testimonies, O Lord: I have seen an
 end of all perfection; Thy command is
 exceeding broad. Ps. Blessed are the
 undefiled in the way: who walk in the
 law of the Lord. Glory be to the
 Father, and to the Son, and to the
 Holy Spirit, as it was in the beginning,
 is now, and ever shall be, world
 without end. Amen. The wicked have
 waited for me to destroy me: but I
 have understood Thy testimonies, O
 Lord: I have seen an end of all
 perfection; Thy command is exceeding
 broad.

COLLECT

Omnípotens sémpiterne Deus, qui
 infírma mundi éligis, ut fórtia quæque
 confúndas: concéde propítius; ut, qui
 beátæ Agnétiis Vírginis et Mártiris tuæ
 solémnia cólimus, ejus apud te
 patrocínia sentiámus. Per Dóminum
 nostrum Jesum Christum, Fílium
 tuum, qui tecum vivit et regnat in
 unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
 ómnia sæcula sæculórum.

O Almighty and everlasting God, who
 dost choose the weak things of the
 world to confound the strong:
 mercifully grant that we who keep the
 solemn feast of blessed Agnes, Thy
 Virgin and Martyr, may experience the
 benefit of her pleading with Thee.
 Through our Lord Jesus Christ, Thy
 Son, Who lives and reigns with Thee
 in the unity of the Holy Spirit, God,
 forever and ever.

LESSON Wisdom 51: 1-8, 12

Confitébor tibi, Dómine rex, et
 collaudábo te Deum salvatórem
 meum. Confitébor nómini tuo:
 quóniam adjútor et protéctor factus es
 mihi, et liberásti corpus meum a
 perditiónē, a láqueo linguæ iníquæ,
 et a lábiis operántium mendácium, et
 in conspéctu adstántium factus es
 mihi adjútor. Et liberásti me secúndum
 multitudinem misericórdiæ nóminis tui
 a rugiéntibus, præparátis ad escam de
 mánibus quæréntium ánimam meam,
 et de portis tribulatiónum, quæ

I will give glory to Thee, O Lord, O
 King, and I will praise Thee, O God my
 Saviour. I will give glory to Thy name:
 for Thou hast been a helper and
 protector to me, and hast preserved
 my body from destruction, from the
 snare of an unjust tongue, and from
 the lips of them that forge lies: and in
 the sight of them that stood by Thou
 hast been my helper. And Thou has
 delivered me, according to the
 multitude of the mercy of Thy name,
 from them that did roar prepared to

circumdedérunt me: a pressúra flammæ, quæ circúmdedit me, et in médio ignis non sum æstuáta: de altitúdine ventris ínferi, et a lingua coinquináta, et a verbo mendáccii, a rege íniquo, et a lingua ínjústa: laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de mánibus géntium, Dómine Deus noster.

GRADUAL Psalm 44: 3, 5

Diffusa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérrnam. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: et dedúcet te mirábiliter délixtera tua.

(After Septuagesima, the Alleluia is omitted and the Tract is said instead.)

LESSER ALLELUIA Matthew 25: 4, 6

Allelúia, allelúia. Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exíte óbviam Christo Dómino. Allelúia.

TRACT Psalm 44: 8, 5

Veni, sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérrnum: pro cuius amóre sánguinem tuum fudísti. (Ps.) Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem; proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítie præ consórtibus tuis. Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, et regna.

GOSPEL Matthew 25: 1-13

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis parábolam hanc: Símile erit

devour; out of the hands of them that sought my life, and from the gates of afflictions which compassed me about: from the oppression of the flame which surrounded me, and in the midst of the fire I was not burnt: from the depth of the belly of hell, and from an unclean tongue, and from lying words, from an unjust king, and from a slanderous tongue. My soul shall praise the Lord even to death: because Thou, O Lord our God, deliverest them that wait for Thee, and savest the out of the hands of the nations.

Grace is poured abroad in thy lips: therefore hath God blessed thee forever. Because of truth, and meekness, and justice: and thy right hand shall conduct thee wonderfully.

(After Septuagesima, the Alleluia is omitted and the Tract is said instead.)

Alleluia, alleluia. The five wise virgins took oil in their vessels with the lamps: and at midnight there was a cry made: Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet Christ our Lord. Alleluia.

Come thou, spouse of Christ, receive the crown which the Lord hath prepared for thee from everlasting: for those who love thou didst shed thy blood. (Ps.) Thou hast loved justice and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows. With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign.

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The kingdom of

regnum cælórum decem virgínibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciéntes sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exíte óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt. Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánuas. Novíssime vero véniunt et réliquæ virgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate ítaque, quia nescitis diem, neque horam.

OFFERTORY Psalm 44: 15-16

Afferéntur regi vírgines post eam: Próximæ ejus afferéntur tibi in lætítia, et exsultatióne: adducéntur in templum regi Dómino.

SECRET

Hóstias, Dómine, quas tibi offérimus, propítius súscipe: et intercedénte beáta Agnéte Vírgine et Mártire tua, víncula peccatórum nostrórum absólve. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Heaven shall be like to ten virgins, who taking their lamps went out to meet the bridegroom and the bride. And five of them were foolish, and five wise; but the five foolish having taken their lamps, did not take oil with them: but the wise took oil in their vessels with the lamps. And the bridegroom tarrying, they all slumbered and slept. And at midnight there was a cry made: Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet him. Then all those virgins arose and trimmed their lamps. And the foolish said to the wise: Give us of your oil, for our lamps are gone out. The wise answered, saying: Lest perhaps there be not enough for us and for you, go ye rather to them that sell, and buy for yourselves. Now, whilst they went to buy, the bridegroom came: and they that were ready went in with him to the marriage, and the door was shut. But at last came also the other virgins, saying: Lord, Lord, open to us. But he answering said: Amen I say to you, I know you not. Watch ye therefore, because you know not the day nor the hour.

After her shall virgins be brought to the King: her neighbours shall be brought to Thee with gladness and rejoicing: they shall be brought into the temple of the King, the Lord.

O Lord, graciously receive the oblations which we offer up to Thee; and by the intercession of blessed Agnes, Thy Virgin and Martyr, loose the bonds of our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.